

2. de Anima in
tex. Com. 128.
In. 2. de Anima
tex. Com. 51.

Ad sentiendum
quatuor requiruntur.

Lege de visu
Arist. 2. de Anima
in tex. Co. 66. et
infra p totum ca.
Lux.

Lumen.

Splendor.
Radius.

ut infra patebit. Apprehensivae de foris sunt quinque species secundum quinque sensus / qui conveniunt in hoc / quod omnes sunt passivae potentiae / propter quod obiecta eorum qualitates passibiles dicuntur. Nota ad hoc quod sensus actu sentiat quatuor exiguntur : duo ex parte animalis / scilicet spiritus et organum / et duo ex parte extrinseci / scilicet / obiectum et medium / unde in abstractione forma obiecti primo est in medio. Secundo in organo. Tertio in spiritu / post hoc in sensu communi. Item sensuum duo sunt magis necessarii / scilicet / gustus ad discernendum cibum bonum / a malo. Et tactus ad discernendum ea quae corrumpunt corpus exterius. Ideo natura ordinavit illis medium intrinsecum : ne ex parte medij esset defectus. Sed alij tres sunt de bene esse animalis / ideo talibus medium non est innatum.

Obiectum visus est visibile ad visionem autem requiritur medium illuminatum unde lux dicitur prout est in subiecto proprio quod est corpus luminosum. In dyaphano vero vel transparente vocatur lumen. Sed interso vel denso vocatur splendor : radius autem super lumen addit directionem : quia radius est lux directa : medium visus est transparentes illuminatum. Organum autem est oculus ad quem venit nervus opticus pressus a cerebro ad pupillam. Et deinde